

# VIRTUS LEONIS

agnita

in VIRO

NOBILISSIMO atq; PRÆ-CLARISSIMO

DN.

## M. JOANNE GOHR,

qui in ordine Carmelitarum, ( in quo Conventuum  
Moguntini ac Boppardiensis quondam sub-Prior,  
postmodum verò Francofurti ad Moenum  
Concionator extitit )

P. Leo à S. Joanne  
vocatus est,

*Cum is Die VI. Januarii ipso Epiphania*

*Domini Festo*

*A. O. R. M. DC. XCIV.*

in gremium Ecclesiæ Lutheranae  
reciperetur ;

Quam ideo faustis adclamationibus prosequi, ipsiq;ve  
Gohrio salutarem perennemq;ve adprecari  
voluerunt

### PATRONI, PROMOTORES, FAVTO- RES ET AMICI.

L I P S I Æ,

Literis KRÜGERIANIS.





N LEO mansvescit propriae feritatis oblitus,  
Linqvit Carmeli pascua dira LEO.

Nunc venit & quatit properans cum corde  
fideli

In pratis nostris pascua lata LEO.

En LEO pascet oves, quid mirum? teste Pro-  
pheta

Cum LEO mitescens SE sociavit ovi.

Hic LEO non spirat rabiem, sed nescius iræ,  
Quod sit pacis amans, id sua vita refert.

Dn. M. Joh. Gohr in ordine Carmelitarum dicto  
P. Leoni à S. Johanne Moguntia ac Boppardia  
quondam Sub-Priori, postea Francofurti ad  
Mœnum Concionatori, nunc Profelyto Ec-  
clesiæ nostræ gratulabundus faciebat

D. Georgius Lehmann, P.P. & Superint.  
p. t. Fac. Theol. Decanus.

---

*Ad Clariss. Dn. M. Jo. Gohrium è corruptâ Pontificiorum  
Ecclesiâ, & Carmelitarum quidem ordine, ad veram Ecclesiam se  
divino astatu recipientem.*

**D**Um Monachos Fratres & claustra relinquis ad alam,  
Confugiens DOMINI, Tu ne relictus eris?  
Est Pater ipse DEUS, Frater Tibi Filius aditet,  
Spiritus & fidei firma columna tuæ est.

Gratulabundus simulq; in solatium  
scribebam

Jo. Benedictus Carpzov,  
SS. Theol. D. & P.P. ac Pastor in Ecclesia  
& Acad. Lipsiensi.

---

**I**ngenuâ facie, moderatis moribus, arte,  
Ingenuis, doctis qui placet atqve bonis;  
Adspicit hunc blandis Ecclesia Mater, ocellis  
Et fovet, in Christi nomine namq; venit.

Gratulabundus ex animo, sperans non minus quam  
optans optima quæque, faciebam

D. Valentinus Alberti, P.P.  
& Consistorialis.

---

**T**E Stygii eripuit *JESVS* ex fauce LEONIS,  
Agnus, peccati portitor, ille DEI.  
Agnifer ut istum celebravit voce *JOANNES*,  
Martyrii donec parta corona fuit;

Sic



Sic tu mi GOHRI, casus æqualis in omnes,  
Perge Redemptorem concelebrare tuum.  
O te felicem, quem CHRISTI sanguine lotum  
Constantis fidei pulchra corona manet!

De seria Monachialis Nominis rejectione, & pia  
Nominis Baptismatis reassumptione  
DN. CONVERSO

animitus gratulatus scribebam

**Jo. Olearius SS. Theol. D. & PP. Electo-**

ral. Alumnor. Ephorus Capituli Cizensis Colleg.  
Major. Princip. & Nation. Saxon. Senior.

Ad

*Virum Per- Reverendum*

DN. M. JO. GOHR, Ecclesiæ nostræ Profelytum  
Spei optimæ:

**P**erge fidem CHRISTI veram, verbumque JHOVÆ  
Amplecti, Spes non deseret ipse Tuas.

deproperab. Lipsiæ

**L. A. Rechenberg,**  
P. P.

**Q**uò novus exoritur feliciter annus, eodem  
Et nova doctrinæ lux TIBI visa die.

Scilicet iste novus, cui nunc parere voluptas,  
Sanctus & abs Sancto Flamme ductus erat.  
Huic lætos debes, quos vidit Lipsia, fructus,  
Huic tribuis, quod sit mens nova tota TIBI.  
Isthac suffultus, qui TE non deseret unquam,  
Ceu spes certa viget, pergito cœpta seqvis  
Et nova non deerit TIBI quòvis tempore Cœli  
Gratia, quam largam mensq; manusq; vovent.

Tui & Pietatem Tuam & dotes, quibus Te  
conspicuum hic ostendisti, reliquas ma-  
gni meritò affirmantis

**Gottlob Friderici Seligmanni,**

S. Theol. Lic. Lips. ad D. Thom. Archidiac.  
& Min. P.P. h. t. Præpos.

**Q**ui LEO Carmeli monachis celebratus es olim  
JOANNIS, LEO qui robore fortis eras.  
Vicisti tandem rampendo repagula, damnum  
Libertas patitur queis pietasque proba.  
Sed pro divitiis patriis heu quicquid bonorum  
Indeptus fueras, perdis id omne simul!

Cumq;



Cumq; manus nihil en tibi posthac mortua reddet  
Sicqve amissus honor, pauper inopsqve rues.  
Sic tentat Satanas: Tu contra audacior ito,  
Mi GOHRI, pius es, doctus es atqve probus.  
Nil tituba, provisor erit qvi cuncta gubernat  
Omnipotens, ora cumqve labore stude;  
Exspecta Spartam, properè non dispice Martham,  
Consvelcas doctis; & benedictus eris.

Præ-Clarissimo Dn. Gohrio, Converso quales pauci occur-  
rere solent docto & bene morato, amico meo sva-  
vissimo his adplauderam

M. Jo. Gottlieb Hardt/  
Assessor Philos. Facult.

PAuluses ad Dominum verè conversus, ab isto  
Aversus longè qvi modò Saulus eras.  
Gratulor ac moneo, maneat in tramite recto,  
Devianec rursus pristina, quæso, petas.  
Atqve hoc ut valeas, verbo te, crede, tenebit  
Forti cœlestis, dextra benigna Patris,  
Cœtera donabit, quæ postulat usus & elus  
Quod voveo, ac his te mando quibusqve bonis.

M. Johannes Günther/  
SS. Theol. Baccal. Diac. ad D. Nic. &  
Collegiatus B. M. V.

HOrrendas blandæ tenebras fraudesqve Babelis  
Romanosq; dolos, Svavis Amice, fugis.  
Posthac Papa tibi non est, velut ante verendus,  
Non tibi, quam jactat, pompa nefanda placet.  
Scilicet agnoscis, quod dogmata sancta Lutheri  
Ad cœlum monstrant, ceu cynosura, viam,  
Cumq; tuæ exoritur Lux hæc gratisima menti,  
Nil mihi vobiscum est, grex maleficus, ais.  
Roma vale, dudum quæ perdita decipis orbem,  
Non eris, ut solita es, jam sacra Roma mihi  
Gratulor hanc toto, ceu debeo, pectore mentem,  
Et tibi constantem perpetuamqve precor.  
Non est, crede mihi, satis incepisse, sed iste  
Qvi bene finivit, cœlica ferta feret.

L. M. Q. adposuit  
M. HENRICUS PIPPING, ad D. Thomæ  
Concionator Sabbathicus.

O LEO Ter felix! qvi dulcia pasqua quaris  
Inter Oves Christi; Nil Tibi deficiet.  
Namqve LEO Juda Te proteget, atqve Coronam  
Imponet Capiti, quæ sine Fine viret.

gratulatio & votum

M. FRID. AUG. Ferbers.



# VIRTUS LEONIS

agnita  
 in VIR  
 NOBILISSIMO atq; P R  
 DN  
 M. JOANN  
 qui in ordine Carmelitarum,  
 Moguntini ac Boppardienf  
 post modum verò Franc  
 Concionator

P. Leo à S.  
 vocatus e  
*Cum is Die VI. Janua*  
*Domini F*  
 A. O. R. M. D  
 in gremium Eccle  
 reciperetu  
 Quam ideo faustis adclamatio  
 Gohrio salutarem pere  
 volue

PATRONI, PROMO  
 RES ET

L I P S  
 Literis KRÜG

